



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 28. Hilari obitus. Simplicius Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

§. XXVIII.

Sæculum V.
A. C. 467.*Hilari obitus. Simplicius Papa.*

Hilarus æternæ felicitatis viam ingres- *Lib. Pont.*
sus est eodem anno 467. 17. Sept.
postquam annos quinque & Menses de-
cem sedisset. Aliquas ædificavit Eccle-
sias, in quas ingentem vaforum Sacrorum
numerum contulit, haud dubie ut dam-
na per Vandalorum rapinas illata resar-
ciret. In Baptisterio Basilicæ Constanti-
ni tria construxit Oratoria, unum S. Jo-
anni Baptistæ, alterum S. Joanni Evange-
listæ, tertium Sanctæ Crucis Sacrum, quo
de Ligno veræ Crucis Particulam, & vi-
ginti librarum Crucem auream, gemmis
fulgentem intulit. In Baptisterio erant
Labrum ex marmore porphyretico, &
tres cervi argentei, qui aquam fundebant,
singuli triginta libris appensi, item agnel-
lus aureus, & columba aurea. Universa
vasa, quæ Hilarus dono dedit, nonaginta
quatuor librâs auri, & mille ducentas
quingenta duas argenti, conficiebant.
In eodem Baptisterio Lateranensi Orato-
rium S. Stephani condidit, ibique duas
Bibliothecas, seu verius duos libris repo-
nendis pluteos collocavit. Prope S. Lau-
rentium Monasteria, Balneum quoque,
& Palatium ædificavit. Una ordinatio-
ne Mense Dec. Presbyteros 25. Diaconos
sex, & Episcopos 22. creavit. Sepultus

Fff 4

est

Sæculum V. est ad S. Laurentium sub fornice prope
 A. C. 468. S. Sixtum. Cum Sedes dies decem va-
 casset, electus est Simplicius, Tiburiensis,
 Castini filius, qui annos quindecim Pon-
 tificatum gessit.

§. XXIX.

Aspari, & Ardaburi Exitus.

Niceph. XV. hist. c. 27.
Procop. 1.
Vand. c. 6.
 Leo Imperator Gensericum, Imperii ur-
 bibus ferociter insultantem, ultra non
 ferendum ratus, validam Classem in eum
 adornavit, cui Basiliscum, uxoris suæ Ve-
 rinæ Imperatricis fratrem præfecit. Ve-
 rum Basiliscus cum Patricio Asparo, &
 filio ejus Ardaburo, in quibus tunc ma-
 xima erat Auctoritas, clandestina com-
 municabat consilia. Pater, & filius aper-
 te Arianam Hæresin profitebantur, hinc
 iisdem præclusus ad Imperium aditus;
 nam invisa erat hæc Secta populo Con-
 stantinopolitano, memori mente retinen-
 ti, quam horridas Persecutiones Ecclesia
 sub Constantio, & Valente passa esset. Id
 ipsum quoque causa fuerat, quod Aspar
 non sibi sed Leoni viam ad Solium stra-
 vissset. At jam similtates ambobus in-
 tercesserant, nec obscure jactabat Aspar,
 mirari neminem debere, si semper vince-
 ret Gensericus, qui meliorem sequere-
 tur Religionem. Ergo inter ipsum, &
 filium convenerat, Basiliscum Imperato-
 rem proclamare, Religioni Catholicæ ad-
 dictum,